





Scripta publica Vitell. 1768

1. Bose, Ad. J.: differentia 1768
 2. Hille, J. F.: de cautionibus 1770
 3/4. Tempel, J. C.: monumenta 1781/2
 5. Boehm, G. R.: Species 1788
 6/12. " " de plantis 1. 2. 1789/90
 " Dispositio " "
 8. Leonhardi, J. S.: Commentatio 1790
 9. Pooswitz, J. F. S.: Semiology
 11. Naernberger, C. F.: apoplexia
 12. " " critoria
 14. " " de militibus 1793
 15-17. Schlesinger, J. F.: Observationum p. 2-4.
 18. Titius, S. K.: Interpretatio 1796-98
 19-21. Schlesinger, J. F.: Syloges p. 1. 2. 3. 1799.
 22. Kreysig, F. L.: Observationes 1801
 22a. " " bronchopneumonia 1801
 23/4. Ermel, J. S.: Acta (Monumenta) 1800/01

Scripta publica Lipsiensia 1622- 1799

41. Quitschreiber, Eg.: praecpta. Jenae 1606
 42. Weigel, E.: Methodus " 1673
 43. Meditatio natalitia " 1735
 44. Collinus, L. F.: Quaestiones. " 1776
 45. Silvar, G.: prolegomena. Rintelii 1771
 46. Quistorp, J. N.: Lutheranismus. 1704
 47. Dannhauer, J. K.: Colluvies 1665
-



Aug VI 216

(1)

in: Diff. misc. 52

(VI 216)

Scripta publica Viteb. 1768

1. Boe, A.J.: *Differentia* 1768
2. Hiller, J.F.: *de cautionibus* 1770
- 3/4. Tempel, J.C.: *monumenta* 1781/2
5. Boehm, G.R.: *Species* 1788
- 6/12. " " *de plantis 1.2.* 1789/90
7. " " *Dispositio* "
8. Leonhardi, J.S.: *Commentatio* 1790
9. Poewitz, J.F.S.: *Semilogia* "
- 10/11. Nuernberger, C.F.: *apoplexia* "
12. " " *critoria* "
13. " " *critoria* "
14. " " *de militibus* 1793
- 15-17. Schlausner, J.F.: *Observationum p. 2-4.* 1796-98
18. Titius, J.K.: *Interpretatio* 1797
- 19-21. Schlausner, J.F.: *Sylloges p. 1.2.3.* 1799-
21. Kreysig, F.L.: *Observationes* 1801
22. " " *peri pneumonia* 1801
- 23/4. Ermel, J.S.: *Acta (Monumenta)* 1800/01

Scripta publica Lipsiensia 1622-1799

25. Heymann, Z.: *Eusebiorolopix* 1622
26. Calovius, A.: *loci* 1670
27. De Rom. ecclesia 2. 1768
28. Schaffenburg, J.S.: *de consensu* 1780
- 29-36 Erasmus: *Autographa* 20, 21, 23, 25-29. 1795-99

Scripta publ. variorum Academianum.

36. Stahl, D.: *Positiones.* Trif. 1619
- 36 b. " " *Duodenarius* 1620
37. Neander, S.: *Traegyzchua* 1621
38. " Chr.: *Pigr.* 1622
39. Catalogus praelectionis. Hal. 1769
40. Meier, Gerh.: *labem* Hamb. 1697



Aug VI 216

61

(018)

83. Reihe. 11. Band

Kop. Stdt. Bibliothek Berlin

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.
1896. 1897. 1898. 1899. 1900.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.

1871. 1872. 1873. 1874. 1875.
1876. 1877. 1878. 1879. 1880.
1881. 1882. 1883. 1884. 1885.
1886. 1887. 1888. 1889. 1890.
1891. 1892. 1893. 1894. 1895.



1770 9
2

DE
CAVTIONIBVS QVIBVSDAM
IN
ALLEGORIIS EXPLICANDIS

P R A E S I D E

IOANNE FRIDERICO HILLERO

PROF. ELOQ. P. O. ATQVE ALVMNOR. ELECTOR
EPHORO

DIE III. APRILIS A. R. S. MDCCCLXX

IN AVDITORIO MAIORI

HH. CC

D I S P V T A B I T

R E S P O N S V R V S A V C T O R

IOANNES CHRISTIANVS REINWALDIVS

D R E S D E N S I S

W I T T E N B E R G A E

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

CATONIANA QVADRIVM
IN

MILITIAE PRACTICAS

QVADRIVM PRACTICAS

ACAD. MILITAR. ACADEMIA. SCOTIÆ. F. D. 1705.

SCOTIÆ

ACADEMIA MILITAR. SCOTIÆ. 1705.

SCOTIÆ

ACADEMIA MILITAR. SCOTIÆ.

QVADRIVM PRACTICAS REINTEGRAS

ACADEMIA MILITAR. SCOTIÆ.

ACADEMIA MILITAR. SCOTIÆ.

ACADEMIA MILITAR. SCOTIÆ.

ACADEMIA MILITAR. SCOTIÆ.

SENATVS
IN SAXONIA SACRA SVMMI
P R A E S I D I
EXCELENTISSIMO
P R O P R A E S I D I
PERILLVSTRI
EIVSDEMQUE
COLLEGI SPLENDIDISSIMI
CONSILIARIS ATQVE ASSESSORIBVS
VIRIS
SVMME VENERABILIBVS ILLVSTRBVS
CONSULTISSIMIS AMPLISSIMISQUE

HANC

O P E L L A M A C A D E M I C A M

P R I S C A F I D E A C P I E T A T E

I D I V I A Я П О Я

С О В Е Т А У Ч И Й С Т В И

С О В Е Т А У Ч И Й С Т В И

С О В Е Т А У Ч И Й С Т В И

С О В Е Т А У Ч И Й С Т В И

С О В Е Т А У Ч И Й С Т В И

С О В Е Т А У Ч И Й С Т В И

Д. Д. Д.

R E S P O N D E N S

*DOMINI INDVLGENTISSIMI
PATRONI SANCTISSIME
OBSERVANDI*

*Quoties VESTRA in me beneficia mecum
reputo, reputo autem saepius, sine quibus
omni parentum priuatus ope, medium relinquere stu-
diorum cursum debuisse, toties pietate singulari per-
fundor, VESTRA que de me promerita summa piae-
catione extollo. Qua ductus religione, nihil magis in
notis habui, quam ne munera VESTRA apud homi-
nem*

INSTITUTI FAMQ

nem indignum ingratumque collocata viderentur, sed diligentia ac uirtute mentis bona significationem darē. Eodem consilio hoc specimen Academicum uenerabundus *VOBIS* subiūcio, persuassissimus, magnis hominibus uilia quoque dona non displicere, ex animi integritate si profiscantur. Simul infimis peto precibus, ut copiam mihi solemnis explorationis faciat, ubi rationem bonorum, mihi tributorum, reddam. Cuius beneficientiae memoria sicut nunquam ex animo meo delebitur, sic Deum supplicibus rogabo precibus, ut *VOS*, qui ad gubernacula Saxonicae nauis sedetis, tam feliciter cursum dirigere iubeat, quo, inter omnes temporum fluctus, remis uelis in portum perueniatis

TANTIS NOMINIBVS

addictissimus
Ioannes Christianus Reinwaldius



S. I.

C Perlegenti mihi praefantissimum Winckelmanni librum, qui inscribitur tentamen allegoriae, praesertim in artis usum, tantum fuit uoluptatis allatum, quantum bonae frugis ex eo percepit. Scriptor quidem ille eō nobis consilio librum composuisse uideretur, animos eorum, quibus plura de ea nosse haud contigit, ut accuratiore atque ubiore notitia, e monumentis antiquis, lectione copiosissima conquitis, imbueret, tamque rem in ampliorem usum uerteret. Itaque omnia, quae de eiusdem origine, natura, diuisione, dotibus fontibusque, unde allegoriae petitae sint, atque in posterum petendae, tradit, excellentis ingenii magnitudine multaque doctrina referta, exemplis comprobat luculentissimis. Mihi quidem huius praefantissimi doctoris disciplina latius patere uidebatur, atque ad ipsum codicem sacrum, allegoriis confertum, in antiqui maxime foederis tabulis, magno cum fructu transferenda. Iam Glassius, immortalibus meritis de frugifera monumenta diuina explicandi ratione florentissimus, in hoc campo fuit amplissimo versatus. Plura tamen sequens tulit aetas, ad eius praecepta locupletanda, exemplisque illustranda insignioribus.

❧ ♚ ❧

ribus. Longum foret, cuncta pluribus persequi. angustiores enim sunt, ut fortunatum mearum, sic huius opellae termini, quam ut copiam tantam capere possint. Quapropter cautions modo quasdam proponam, quibus interpretatio allegoriae conformetur. Illis enim uiuimus temporibus, quibus alii quaerunt allegorias ubique, alii literam nimis premunt, ubi fuerant altiora cogitanda. Nos medium tenebimus viam, quamuis facile fiat, ut ad hos scopulos nauem affligas

§. II.

Est allegoria in uocibus ualde ambiguis, magis tamen in scriptis nouorum hominum, quam ueterum. Latissime patet ille significatus, quo omnia, quae per signa traduntur, comprehendit, et sic significationem idearum per imagines declarat. Ita codex facer per allegoriam mortem somni pingit simulacro, prisca vero monimenta rosam proponunt effigiem mortis acerbae, secundum illud Ausonii:^{a)}

*Quam longa una dies, aetas tam longa rovarum,
quas pubescentes iuncta senecta premit.*

Interdum vero etiam est modus orationis, aliud terbis, sententia ostendens aliud. Quam vocis potestatem ipsa eius origo nobis in mentem reuocat, ab Heraclito, in Allegoriis Homeris,^{b)} eruditio libello atque elegante, explanata. Satis enim Fabricius^{c)} ostendit, non Heraclidi Pontico hanc operam tribuendam, quod in codicibus legitur Heraclitus, multosque scriptores laudat, Heraclide Pontico iuniores. Sic vero Heraclitus, quisquis tandem ille fuerit: ὁ ἀλλα μὲν ἀγορεύων τρόπος,

^{a)} Eid. XIV.

^{b)} pag. 412. ed. Opusculorum mythologicorum Galei.

^{c)} in Bibliotheca Graeca, L. I. c. 22. §. 2.



5

πος, ἔτερα δὲ ὡν λέγει σημείων, ἐπωνύμως εἰληφθεῖται. Atque hunc uocis intellectum tanto studiosius retinuit Heraclitus, quod omnem nauauit operam, ut Homerum ab impietatis crimine liberaret. Quicquid igitur poeta cecinit, Deorum maiestati inimicum, in eo negat verbis inherendum, atque ex intima philosophia abditam eius disciplinam hauriendam. Ut unum exempli causa afferam, subtiliter obtinet,^{d)} solem esse Apollinem, atque Apollinem solem. Quam allegoriae uim Rethores quoque in animo habuerunt, quando uocant eandem troporum, in primisque metaphorae per integrum sententiam continuationem. Tunc enim aliud dicitur proprie, aliud improprie. Huc referas diuino Salomonis ingenio descriptam senectutis molestiam.^{e)} Sed haec allegoriae significatio rursus modo laxior est, modo angustior, ab S. V. Ernesti illustrata, in nuper edita narratione critica, de interpretatione prophetiarum Messianarum in ecclesia Christiana.^{f)} Si capitur uox angustius, a theoria distinguitur. Sicut enim Θεωρεῖ ad interpretationes pertinet, quae res in sensibus incurentes ad ea, quae non cadunt in sensus, res praecipue diuinis, ingenio traducunt atque arte, sic allegoria sensum mysticum continet omnem, quo de consilio Spiritus S. per figuram quandam res Christo coniunctae, exprimuntur, uelut, quando Mefias Dauidis appellatur nomine, eiusque effigie depingitur. Sed Origenes postea fines posuit ampliores uocabulo, ut Θεωρεῖ includeret. Nos, pro ratione instituti, proprietatem uocis, ex ipsa notatione, cum scriporibus antiquioribus rueblo, ingenii remouentes commenta, quae temporibus omnibus tantum detimenti importarunt. Eadem mente diuidimus allegoriam in perfectam atque imperfectam. Illa addit explicationem, haec omittit. Perfectam continent parabolæ non nullæ, quae auctorem

A 3

habent

^{d)} pag. 416. seq.

^{e)} Eccl. cap. XII.

^{f)} pag. 6. seq.



habent Sospitorem optimum, quaeque quo ualeant, ipsa eius docet explicatio. In memoriam uenit illa de vinea, eiusque herede repudiato, proposita Matth. X XI. 33. seqq. Ibi totius orationis summa v. 42 seqq. indicatur, Christusque se heredem comprobat, ab Iudeis nefarie repulsum. Imperfectam reperies allegoriam Matth. XIII. 44. seqq. Hic seruator doctrinam, ab se traditam, cum thesauro confert recondito, studiumque illam discendi fideque stabili seruandi cum hominis cupiditate, emendi agrum, ubi ille abditus lateat. Sed haec explicatio inuestiganda nobis est, ab ipso doctore diuino non expeditata. Miramur merito Dei benignitatem, qua pleraeque allegoriae, quas diuina monumenta adhibent, perfectae reperiuntur, ut mox dilucide exponatur, quod fuerat antea similitudine quadam tectum

§. III.

Multos quidem fore non dubito, qui hoc loco de allegoriae historia quaedam commemoranda putent. Sed satis iam huic desiderio a Winckelmanno, supra laudato, factum est, qui concinnam per omnia tempora descriptionem praemunit. In controuersias, de allegoriae notione ultro citroque agitatas, cum omnem curam cogitationemque contulerit Vossius, de his ut diceremus, necesse non habuimus. Neque laborauimus de uirtute allegoriae multiplice. Hanc enim Bergerus, immortali laude florentissimus, pro doctrina lectissima, pluribus perquisitus, in Disputationibus de ui allegorica. Nam cum similitudinibus animus capiatur mirifice, atque allegoriae plurimae e metaphora nascantur, mirandum non est, eas in docendo, conciliando, permouendo plurimum valere, quam ob rem fuerunt antiquitus, in oriente praeferunt, frequentatae, indeque in Graeciam Latiumque translatae. Alia huic libello mens

mens est, qui cautiones nonnullas suppeditabit, quas interpres teneat. Quae quam necessariae sint, quotidie magis apparet. Nam quo diligentius sensus, quem literalem uocant, inuestigatur, eo plures expelluntur allegoriae, quas superiora tempora nimis cumularunt, in veteris maxime instrumenti tabulis et uaticinationibus. Verissimum enim deprehenditur illud, quod Spencerus de Legg. Hebr. ritualibus in proleg. c. IV. pag. 27 profiteretur: *Potui quidem inscitiam meam speciosis conjecturis, aut fictis allegoriis quandoque simulare: at longe praestat ingenue fateri, nonnulla in Dei lege captum meum excedere, quam legis tam sanctae maiestatem conjecturis audacibus violare, aut vulgares Mosis interpres imitari, qui circa legis alicuius causam haerentes, allegoriarum fumum lectoribus offundere solent, ut quouis pacto se expediant.* Campum quidem ingredimur, ampliorem multo, quam huius instituti capiant angustiae. Quapropter multa forsitan deerunt, quae futuri temporis diligentia addet, quam praestantia acuet argumenti, accessionibus multis locupletandi

§. IV.

Itaque ad propositum nos accingamus, et ~~q~~asdam in allegoriae usu adhibendas cautiones exponamus. ^{Item} primum omnium in allegorias, quae historiis asperguntur, inquirere necesse ducimus. Tantum enim a mente historici abest, ut, quae de rebus gestis tradit, per allegorias intelligi uelit, ut ea studeat ratione maxime perspicua ac dilucida narrare. Haec est illa pura et illustris breuitas, qua nihil Cicero dulcius in historia iudicat, Caesarisque commentariis illustrat.^{s)} Sed Flori displicant ampullae, quae res non tam ornant, quam vehementer obscurant. Quo diligentius cavit interpres, ne aucto-

^{s)} in Bruto c. 75.

auctores rerum gestarum per contortas allegorias depravat. Sed eiusmodi expositiones, sicut alios grauissimos locos, ita creationis commemorationem et Christi miraculorum mirum in modum perturbarunt. Constat inter omnes, quantum Cartesius, Burnetus, Whistonus ab litera Mosis recesserint, aliosque in fraudem consimiles induixerint. Quoniam enim tam breve temporis interuum non videbatur tanto operi praestando sufficere, er Moses, ad Iudaeorum caprum, imaginibus dictum, dicendi genus accommodasse censebatur, religioni sibi non duxerunt, quoconque uellent, ab Mose dicta rapere. Sed quam clara Moses ratione diem definiit, ut dubitare de propria uocis potestate non liceat. Eadem rem firmat Sabbati institutum, cuius ratio fuit toties inculcata, e quiete diuina die septimo ducta. Non minore fuit libidine tractatum illud, quod de crimine ultimorum parentum Moses memoriae prodidit. Duce enim Philone, Origenes more suo hic multum sibi sumpsit audaciae. Sed longius sunt postea progreffi, ut praecipuos afferam, Thomas Burnetus, Balthasar Beckerus, Cornelius Agrippa. Omnes uero temeritate Hadrianus Beuerlandus superauit. Qui quidem longe modestius sensissent, si Mosis consilium, origines rerum posteris transdendi, ipsorumque virum diuinitatis insinuat, cum in N. T. interpretationes confulissent, spretis concubituibus leuioribus, quas accuratio rei consideratio facile dissipat. At, haec incepta mitius tulerae machinationibus eorum, qui simplices N. Foederis expositiones de miraculis in allegorias, non raro pueriles, converterunt. In his Woolstonus, praeter alios, numerandus est, cuius uitam et scripta Woogius V. Cl. ex instituto persequitur. Beatus autem Ioecherus examen instituit paralogismorum eius de miraculis Christi. Hic iure uituperavit, quod in dissertationibus de miraculis Iesu, prodigia, a Christo edita, mystice atque allegorice accipienda, statuit. Quod si quis *αρετας* seu simplicitatem summam secum reputat,

tat, qua auctores rerum a Christo factarum profanos scriptores
vincunt; facile perspicet, ab eorum commentariis hisce allegoriis
nihil alienius reperiri. Sed antiqui coetus doctores, quo ma-
iori religione animos perfunderent, scriptum saepe deseruerunt,
altioraque cogitanda preecepserunt. Sed horum bona mens
Woolstono exemplum preeuiit petulantiae, simul tamen nos
commonefacit, quam caute sit in historiis exponendis uersan-
dum, ne quaeramus allegorias, ubi non sunt, argumentorum
que ueritatem ac pondus frangamus. Ab eiusmodi autem ex-
plicationibus dum abstinentem censemus, ne videamur illas,
quae viros diuino spiritu afflatos habent auctores, reiicere, omnino
fatemur, esse in historia sanctiore, quae sensum rectum et alle-
goricum secum coniunctum habeant. Vel Ciceronis in epistolis
ad Atticum nobis monstrat ingenium, ea, quae euenerint, ad
alia saepe transferri, illis similia, quae sagax arbiter facile repe-
riat, eo consilio recondita, ut periculum uitetur, quod uerba
aperta facile conflare possint. Quod sicut homines prudentio-
res calliditas docuit, sic monumenta diuina singulari Dei sapien-
tia euenta V. T. ad excelsiores rei christianae uicissitudines con-
ferunt. Ita Paulus, quae de duabus Abrahami filiis Moses per-
scripsit, ipse uocat ἀληγορίαν,⁴⁾ doctrinasque sublimiores,
in iis retrusas, patefacit, quas nos ipsi nunquam inde colligen-
das putassemus. Tales interpretationes accipimus uenerabundo
animo, reiectis aliis, ex humano ingenio profectis

§. V.

Nec minore circumspetione uersamur in locis, ut uocan-
tur, classicis, seu sedibus argumentorum praecipuis. Neque
enim solum necessaria caderet perspicuitas, sed etiam de uera
dicti sententia saepe dubitatio iniiceretur, si uellemus in illis al-
legorias consectari. Hae enim, quam uarias pariant interpre-
tationes,

B

⁴⁾ Gal. IV. 24.



tiones, mensa docet Isaica, hominum quidem doctissimorum studiis perquisita, sed necdum ad liquidum plane perducta. Doctori autem sano idem semper propositum, atque Senecae est, si fieri posset, quid sentiam, ostendere, quam loqui mallem.¹⁾ Alioquin accidit ei, quod Heraclito τοτενος seu tenebroso, qui, quoniā, quid diceret, intelligi noluit, fuit a multis omissus

Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes,

Quamde graues inter Graios, qui uera requirunt.²⁾

Itaque saepe numero miratus sum, quid sit, quod hodieque in formula institutae S. coenae allegoria multis latere videatur, a consilio Christi aliena, sacramento, religiosissime seruando, fidem nostram confirmandi. Nec Socini schola me erroris societate facile deliniet, quae manifestam dictis de Christi satisfactio-ne ac merito fraudem facit. Quis enim per sanguinem Iesu uitam illius sanctissimam, per redemtionem exempli grauitatem, per lauationem sanguinis imitationem virtutum, intelliget. Neque tamen omnem allegoriae usum in disciplina tradenda negamus ideo, eam potius admittimus nonnunquam, sed alia facie considerandam. Nam, quod egregie Quintilianus³⁾ praecipit, quae bene translata sunt, propria dici solent, etiam de allegoriis valet. Hae enim, si fuerint usu tritae, nil obsunt perspicuae rationi, quod ab omnibus haud difficulter percipiuntur, illis ab ineunte aetate assuefactis. Sic Christus se lumen uocat mundi. Quis autem tam tardi ingenii, qui non, sicut lux tenebras pellat, ita Christum doctrinas nobis obscuras reddere notas, perspiciat. Nec diu laborandum Iudaeis fuit, cur Seruator dicatur omnes illustrare homines. Nouerant enim ex ipso uitiae usu, illustrare idem esse, ac docere. Inde ratio redditur, cur Christus allegoriis saepe usus sit. In more enim fuit Orientis populorum situm, ut imagines in doctrinis proferendis adhiberent. Itaque Christus ad hominum se captum accommodans, parabol-

las

¹⁾ ep. 75.

²⁾ Lucret. I. v. 640. sq.

³⁾ Lib. VIII. 2.

las saepe tralatitias usurpatuit, ut his deliniti, animum magis ad-
uetterent. Istud sane uecordia accidit gentis obfirmatae, ut ad
sapientiam diuinam non coeci modo reperirentur, sed ad ea
ipsa etiam, quae aliqua ex parte cerni uidebantur, hebetes at-
que obtusi. Amicos autem discendi cupidos, sicut ex Ioanne
patet, dilucida instituit ratione, nec frequentauit allegorias, nisi
prius explanatas. Tunc enim sunt ad docendum fructuosae,
quod tantum lumen afferunt rebus, quanta iucunditate alios
permulcent. In primis ornant descriptiones, et sublimitatem
conciliant orationi. Composite Longinus ^{m)} ἐν ταῖς διαγραφαῖς
ὄντι ἀλλότι ἔτως κατασημαντικόν, ὃς οἱ συνεχεῖς νοεῖ ἐπαλληλούς τέρπον.
Quod ut in oculos incurrat, Xenophontis ostendit imaginem
corporis humani, praeципueque Platonis. Is caput arcem dicit,
collum isthnum, cor fasciculum venarum, et fontem sanguinis,
celeriter circumfluentis. Lege cetera, et Ciceronem de natura
Deorum ⁿ⁾ compara, ubi totam hominis fabricationem, omnis-
que humanae naturae figuram atque perfectionem in conspe-
ctum, pulcherrime admistis allegoris, producit. Idem tenet arti-
ficium dicendi sanctior codex, in describendis maxime virtu-
tibus ac uitiis, cuius in euphemismis castitas me rapuit in sui
admirationem, quam cum non intelligerent interpretes, allego-
riam sanam corruperunt. Moner Salomo ^{o)} ut sapientiae dedi-
tus adulterium fugiat, matrimonii legitimi dulcedine contentus.
Bibe aquas e cisterna tua, sic fontes tui scatebunt foras uicatim,
fruere uxore, amabili cerua, uenustaque dama. Quid ad hanc
elegantiam addi potest, quam Schultenii commentarius ex Ara-
bium copiis sic amplificat, ut non possis eorum ingenium non
spernere, haec qui ad sapientiam retulerunt, ac liberalitatem,
pudore nescio quo permoti

^{m)} de sublim. Sect. 32.ⁿ⁾ Lib. II. 54 sq.^{o)} Prog. V. 15. seq.



§. VI.

Sicut autem difficiliores sumus in admittendis allegoriis, ubi praecepta reperiuntur institutaque, sic uaticinationes iis abundare, sponte atque ultro largimur. Neque enim vates modo eventa in sensus incurribus adumbrant imaginibus, ut Ieremias ipso cultu suo miseras exilii p[ro]ae se tulit, sed etiam grandi sublimitate dicendi res in lucem aspectumque proferunt. De quorum phantasias illud merito praedicaris ⁱ⁾ ἀ λέγουσι, ὅπ' εν θεοτατοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκοῦσι, καὶ ὅπ' ὅψιν τιθέσι τοῖς ἀνθρώποις, quae dicunt, diuino quodam impetu animique commotione agitati cernere tidentur, atque auditoribus ob oculos ponere. Idem uim oratoriae phantasiae atque poeticæ copulant, ut res perspicuas faciant, hominesque percellant. Itaque singulari lingua, eademque symbolica carmina concipiunt, quae nec dum satis peruestigata uidetur, prout eius dignitas atque utilitas meretur. Vno simus exemplo contenti, commemorabili illo quidem. Si disturbance[es] canunt urbium prophetæ, Deum dicunt in nubibus uenire, obscurari coelum, tremere terram, maria fluctibus iactari, ne plures cumulem terrores. Eloqu[us] quam plurimis unum liceat Esaiam, summum huius granditatis exemplum, collaudare, ubi Babelis excidium canit magnifice. ^{j)} Aduentat Ioua, ideo omnes virorum manus resoluuntur, et animi remollescent, parturientium ritu lugentes. Stellæ et sidera non micabunt suo lumine, in ortu sol caligabit, neque luna sua luce splendebit. Quin et coelum ipsum tremefaciā, ipsaque tellus suo conuellet loco. Talium sunt immemores allegoriarum, qui in Christi uaticinationibus, de Hierosolymis uastandis, statim de supremi diei conuersionibus cogitant. Alio nos uocat ipsius seruatoris affirmatio,^{k)} hoc uobis certo dico, esse quosdam eorum, qui hic ad sint, qui non prius mortem sentient,

ⁱ⁾ de sublim. Sect. 15.

^{j)} c. XIII. §. seq.

^{k)} Matth. XVI. 28.

sentient, quam uideant filium hominis uenientem in regno suo.
 Discimus inde, quid sit *γένεσις* in dicto Christi consimili³⁾ non
 prius praeteribit haec aetas, quam fiant omnia. Sed Graeuius
 sententiam dicat.⁴⁾ Verte aetatem, non generationem, ut uulgo.
Qui error passim obuius in sacrarum literarum interpreti-
bis. Horatio est aeuum, cui Nestor perhibetur senex, ter aeuo
 functus. Est igitur spatum, quod a natoli perinet ad tem-
 pus, generationi aptum, quod circumscrubunt trigesinta annis.
 Itaque summopere cauendum, ne scripto nimis adhaereamus,
 allegoria praetermissa, quae cum saepe soleat res exaggerare,
 uel deminuere, hic quoque cauto opus est. Secus multa ad
 nouum redigemus testamentum, quae tempora, exilium secuta
 Babylonicum, attingunt. Verum manum de tabula. Illud
 tamen silentio praeterire non possum, vehementer peccari, quan-
 do statim conuertatur animus in allegoriis ad res a sensibus re-
 motas, ubi rerum terrestrium designatio est in promtu. Hic, quid
 mihi modestiam in uaticinationibus exponendis in primis incul-
 carit, afferam. In Iacobi de Iuda diuinatione haec leguntur⁵⁾
 viti asinum alligabit, nobiliorique viti asinae pullum sua. Quae
 quo pertinerent, primum uolui e Calouio Bibl. Illustr. ad h. l.
 cognoscere. Sed me ad Lutherum dimisit, sic uerba declaran-
 tem. *In opulentia regni Christi, etiam asini et pulli asinae*
comedent uinas, et bibent uinum, et ineibriabuntur, spirituali
nempe ebrietate. Hic iubemur dicere: ego, salute animarum
 cogente, uolo ligari ad uitam, ut pullus. Bin ein armer Esel,
 ich esse aber gern gute Trauben, trink auch gerne guten
 Wein. Nolo plura, immortalibus Lutheri meritis condonanda.
 Faciliorem apertioresque mihi viam Bochartus monstrauit⁶⁾ circa
 haec loca fuit uallis, Sorek, unde uites illae eximiae, de qui-
 bus Gen. XLIX. 11. Praesignificatur igitur Iudee fertilitas ui-
 nea

B 3

³⁾ Luc. XXI. 32.⁴⁾ Gen. XLIX. 11.⁵⁾ Left. Hesiod. p. 21.⁶⁾ Hieroz. P. I. Lib. III. c. 4.



nearum, uniuine abundantia. E quibus animaduerti, quantum proposit allegoriis interpretandis notitia Palaestinae, cuius e conditione sunt quam plurimae sumptae. Multum sane laudis deportauit. Bachiene^{x)} quod data quavis occasione hoc egit, sicut uel unicus de uinetis terrae sanctae locus, infra notatus, comprobatur.

§. VII.

A uero allegorias interpretandi modo multi aberrant, quod eas, quas mixtas dixerimus, non satis diligenter ponderant. Mixtae sunt forme allegoriae perfectae, qua, que *recomponuntur* fuerant dicta, uerbis confessim propriis endantur. Innumerabiles extant in prouerbiis Salomonis loci, ubi planius statim explicitant uoces, quae migraran in alienum. Dehortatur rex sapientissimus ab adulterii libidine, metu iustitiae Dei punientis. Suis ipse conseleratus criminibus capit, fumibusque peccati irretitus prehenditur. Quorsum haec ab animantium capture ducta allegoria. Lege, quae mox sequuntur. Ille morietur, quod disciplinam spernit.^{y)} Pari modo Paulus, quid agat, sine mora prodit apertius^{z)} ferias celebremus, non improbitatis malitiaque fermento, sed sinceritatis veritatisque panibus fermentatis. Nonnunquam tamen allegoriarum uis longius repetenda, et, quae in V. T. sunt allegorice pronunciata, e noui propriis uerbis enucleanda uidentur. Primus salutis nuntius rem ponat in numerato. Christus serpenti caput contriturus dicitur.^{a)} Haec non facile proprie accipiet diligentior codicis lector sacri, grauiorem potius sententiam dispiciet. Quam ab Ioanne^{b)} disceret clarissime, Christum Diaboli operum destruendorum causa apparuisse. Sic igitur satis constat pollicitationis ultimae

^{x)} in der historischen und geographischen Beschreibung von Palaestina, P. I. p. 401.

^{y)} Prou. V. 22. 23.

^{z)} Gen. III. 15.

^{a)} I. Cor. V. 8.

^{b)} ep. I. c. III. 8.

tumae momentum, fore, ut potestas Diaboli a vindice generis humani evertatur, nocendique vires adimantur. Allegoriae uicissim noui instrumenti e ueteri lucem capiunt illustriorem Christi sane pronuntiatum^{c)} longe alio spectat, quam uerborum propria potestas continet. Si uiridi arbori fiunt haec, aridae quid fiet. Iam Hebraei uiros bonos arbores uirides uocant, malos contra aridas. Sic enim apud Ezechielem^{d)} comminatur Deus, extirpaturum se ambas arbores, quod ipse mox^{e)} interpretatur, iustum atque improbus. Huc adeo uerborum Christi mens reddit: Si innocens tanis malis opprimitur, quid impio fiet. Caueat igitur interpres ignauiam, quae seiungit allegorias a contexto, ac uetus testamentum nouumque dissociat, cum tamen alterum saepe alterius opem poscat.

§. VIII

Quod Chrysostomus^{f)} de parabolis, quae maximam partem sunt allegoricae, subtiliter censuit, id latius patet. Παραβολὴ τὸ λεγόμενον δι ὄπερ εὐδὲ χρῆ πάντα τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς πατέται λέξιν περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν μαθέντας, δι ἐν συνετέθη, τοῦτο δεῖπεθαι, καὶ μηδὲν πολυπειραγμονεῦν περιουτέω. est parabola, quod dicitur. ideo non sunt omnia, quae in parabolis narrantur, nimis ad uerbum obseruanda, sed scopus cognitus, cuius causa composita fuit, in rem nostram uertendus, neque ulterius laborandum. Neque enim similitudo omnibus numeris absoluta cernitur, sed cum adjunctione, quam consilium dicentis patefacit. Quod cum neglexerint multi, miras explicationes fabricati sunt in parabolis. Christus fabulam^{g)} proponens de muliere, nummum quaerente amissum, eum sibi scopum praefixum habuit, ut ostenderet, Deum misericordia peccatores, etiam grauissimos, sed ad frugem redeuntes, complecti, nobisque praebere

exem-

^{c)} Luc. XXIII. 31.

^{d)} c. XXI. 3.

^{e)} u. 8.

^{f)} homil. 65. in Matthaeum.

^{g)} Luc. XV. 8.

❧ ♚ ⚡

exemplum clementiae ad imitandum. Quae mens quo magis liqueret, illustravit eam imagine quadam, ab usu vulgari sumta. Sicut mulier gaudio, nummo reperro, perfunditur, ita coelum voluptate recreatur insigni, ubi superioris aetatis facinora emendantur. Hic nummus non est parabolae cardo, sed gaudium, ideoque parum ille sollicitudinis mouet interpreti follerti. Nec minus in typis prouidendum, ne latius uagetur ingenium, ac minuta quaerat. Hic enim multa pendent ex arbitrio diuino, cuius rationes interiores saepe latent, in praecipuo rei momento defixi. Nihilo tamen secius uiri, sobrio alias iudicio praediti, molestias fibi arduas, lectoribus fastidium, creant. Bochartus^{b)} in ritu lepraie sananda omnia fuisse mystica probaturus, has rationes init. *Vna auis humanam Christi naturam, morti obnoxiam, altera diuinam adumbravit. Sanguinem, cum aqua mixtum, uase fictili excipiebat sacerdos, ut hodieque Christi thesaurum habent fiduci pastores in uasis fictilibus.* Ohe, iam sat is est. Vniuersitate in legibus diuinis interpretandis modestia satis commendari nequit, quae se ab allegoriis abstinet. Suedet enim prudentia legislatoria, ut leges quam planissime concipientur, ne norma agendi lubrica et fallax praescribatur. Quid hic sapientiores existiment, Montesquius expromat, ubi de formulis legum disputat.ⁱ⁾ Legum, inquit, stylus sit naturalis, qui facilius intelligitur artificioso, sit definitus, ut uerba legis in omnibus easdem notiones efficiant. Nihil igitur hic moliendum, nisi diuinitus instigati uiri nobis praeierint, quorum terminos ingenio migrare, temerarium puto, uerissimeque ab Winckelmanno dictum^{k)} man setze nicht voraus, daß der alten Künstler absicht in einem bild auf lehre und unterricht gegangen, man würde sonst aus der menge auf dem Kasten des Cypelus zu Elis ein ganzes System der moral zu ziehen haben. Sed obruor copia rerum Promulgidem promisi. Hanc pono

^{b)} Hieroz. T. II. I. 22.ⁱ⁾ de spiritu legum, XXIX. 16.^{k)} p. 18.

VI 216

5. + 24. 8 h 2:00

23 = \overline{z}

39 = t.



3

TA → 0L

vd18

VD 77

I
04.2.2007 Sch.



1770
2

DE
CAVTIONIBVS QVIBVSDAM
IN
ALLEGORIIS EXPLICANDIS

PRAE SIDE
IOANNE FRIDERICO HILLERO
PROF. ELOQ. P. O. ATQVE ALVMNOR. ELECTOR
EPHORO

DIE III. APRILIS A. R. S. MDCCCLXX
IN AVDITORIO MAIORI

HH. CC

DISPVTABIT

RESPONSVRVS AVCTOR
IOANNES CHRISTIANVS REINWALDIVS
DRESSENSIS

WITTENBERGAE
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS